violentis in Civitate nostra Premisliensi patratis esset comprehensas officium et Judicium Civile Premisliensi tametsi de praedictis duobus plebeys iusto supplicio quartum ad personam praefati Andreae Dziedowskij complicis causam ad nos pro informatione remiserat quomodo vero intervenien tunc morte Generosi olim Thomae Drochowski Capitanei Premisliensi Vacanteq Capitaneatu illo cum eodem complice detento procedi deberet Nosq in rem informationis nostrae officio civili respondimus daturos non esse specialibus literis nostris Judicem Surrogatum ad eum actum, Nunc itaq informationis nostrae decreto subscribendo ad eundem violentiis praefatis actum cognoscen. et loco officij Capitaneus Premisliensi iudican. Quos ad Hermanowskij deputan. et Surrogan. esse duximus deputamusq et Surrogamus pleram potestatem iurisdictionem Capitaneatu eidem concedimus et conferimus ad cognoscen. duntaxat et ut iuris est iudican. causam praefatam ratione complicitatis memoratae violentiis praefato Andreae Dziedowskij detento institutam Cui quidem Hermanowskij mandamus ut quamprimum eo nomine a Magistratu civili Premisliensi requisitus fuerit una cum officio civili eandem causam audiat et definiat Inceius rei fidem sigillum etc

Informatio in causa homicidij per Judaeum facti.

Sigismundus etc Scanus etc

Quod cum nuper in Civitate nostra Lenciciensi atrocissimum quoddam crimen accidisset ut adolescentulus quidam Sebastianus Mendicus Martinus Kuczek puer decem circiter annorum misereet repente perijsset, quem cum constaret vespere quodam domum Judaeorum ingressum fuisse, inde postea egressum esse non constat et deinceps nusquam apparuit Ceterq eam duo Judaei Lazarus et Moyses in suspicionem caedis eius pueri venirent vigilantia Magnifici Hieronimi Gostomskij de Lezenice Palatini Posnaniensi loci illius Capitanei factum est ut ijdem Lazarus et Moyses detinerentur donec idem Palatinus nos

330

de facto eiusmodi redderet certiores. Accepta igitur eius rei
notitia deputaveramus ad Civitatem Sandomirien. certos inqui=
sitores nostros qui diligenti facta inquisitione testibusque qui eius
rei notitiam habere potuerunt rite examinatis rem totam ad nos
remiserant. Nos vero intellecta ut par erat inquisitione praedicta
nolentes quidquam praecipitanter agere dederamus versus negoti-
um denuo melius inquirendi eidem Magco Palatino Posnanien.
una cum Magco Georgio Mniszek de magna Kunczice Palatin.
Sandomirien. necnon cum Magistratu civili Sandomirien. Qui iti-
dem peracta diligenti inquisitione causam ad nos pro decisio=
ne remiserant. Interim tamen et frater germanus deperditi pue=
ri cui causae persequuti competebat rescivit quomodo
aquis submersus est. Rector scholae mutatus et Judaei non-
nulli profugi facti sunt. Cumque ita videamus rem esse publici Judicii
in qua reos sola Magistratus vigilantia deprehendendos etiam absque
accusatore inquiri potest et debet ne tantum facinus maneat
impunitum ulteriorem processum in Judaeos detentos continuari es-
se duximus. Et quoniam ex testimoniis utriusque inquisitionis con-
stat deperditum puerum domum Lazari Judaei fuisse ingressum
neque vide egressum quin imo non desunt qui ex eodem puero in ea
domo dolo tales clamores se audivisse affirmant quales homo ad
mortem raptus et vi oppressus excitare solet. Praeterea quod
toto hoc tempore idem puer nusquam repertus est neque investiga-
tus quem si viveret Judaei prout eo nomine admonebantur perve-
stigare utique alicunde potuerunt. Tum quod non desunt testimonia
eorum qui hominem interfectum eodem tempore in atrio domus
illius se vidisse affirmantes statim idipsum proclamaverunt et
divulgaverunt. Cumque ea res ad officium civile tumultuarie defertur
et famuli officii clamore vicinorum excita domum eandem ingre-
di et excutere voluissent per vim repulsa est. Judaeique tenore
recentem inquisitionem Camerisque suspectis apertionem negarunt
quod eos praecipue excusare debebat. Deinde quod duo Judaei,
unus ex detenti domesticis alter Synagogus qui eius quoque
rei quodam modo suspicione laborabant aufugerunt et fugae
reos sese fecerunt prout ex posteriori inquisitione apparet. Has
itaque coniecturas et praesumptiones sufficientes esse iudicamus
ut veritas penitus iam quaestionibus inquiratur. Causam itaque
mittimus ad officia Palatinale Castrense et Civile Sandomirien. remittimus

quibus ex brachio nostro addimus Venerabilem Acbacium Grochow-
sky et Generosum Gasparum Michalowskij Secretarios nostros de-
cernen ut eadem officia una cum nostris deputatis praefatis primum quidem
omnes modos tentent quibus veritas ipsa elici possit qui si
non successerint ex tunc Judaeis praefatis detentis et accusatis
quaestiones et torturas quales de iure fieri consueverant admove-
ant citra tamen corporis mutilationem et intgrem lesionem Et
si ex eisdem quaestionibus eosdem Judaeos necis praefatae reos
esse constiterit eadem officia una cum deputatis praefatis ab eis
poenas condignas legibus praescriptas exigant. Si vero nec sic certi
aliquid habuerint nobis iterum de omnibus scribant Judaeis ni-
hilominus in arcta custodia interim manentibus In cuius rei fi-
dem praesen manu nostra subscriptis Sigillum Regni subappri-
mi mandavimus Datum Cracoviae Feria quarta Ante Festum
Sanctae Mariae Magdalenae pro Anno Dni Millesimo Sexcentesimo
quinto. Regni nri etc.

Mandatum ad consul. Leopolien

Sigismundus etc.

Spectabilibus et Famatis Proconsuli et Consul civitatis
nostrae Leopolien Fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam Spec-
tabiles et Famati Fid. nobis dilecti ex supplicibus libel-
lis nomine totius Communitatis civitatis illius nobis oblatis
intelleximus exortas esse in illa civitate multas diffe-
rentias et dissensiones inter Fid. vestras et totam communita-
tem propterquas Communitas laesam gravatamque se esse osten-
tens quod a Fid. vris in multis rebus iux decretum Serenissimi
Regis Stephani antecessoris nostri Marieburgi ex simili
occasione latum non tantum non satisfactum non esse sed etiam in-
super nova quaedam gravamina addita citationes eo nomine a nobis
contra Fid. vras postulabat. Nos vero considerantes eam
dissensionem si diuturna lite aleretur perniciosam in illa civitate
finitima fore citationes quidem intermittis communitatis negavimus
Caeterum exemplum Sermi antecessoris nostri sequuti omnes eas
differentias et iniurias quibuscunque communitas se gravari a Fid.
vestris queritur ad nos advocari esse existimavimus quem-
admodum ex nunc advocamus Quapropter primum quidem Fid.
vris Seriis mandamus ut sese Communitati in revocandis et efficien